

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

**Speculum Quaestionum moralium, in universam
Aristotelis philosophi summi Ethicen**

Case, John

Francofurtum, 1597

VD16 C 1242

Cap. VII. - An continens, incontinens, mollis, patiens, temperans, & intemperans rectè definiantur? [...]

[urn:nbn:de:bsz:31-109038](#)

CAP. VII.

*An continens, incontinens, mollis, patiens,
temperans, & intemperans recte
definiuntur?*

An intemperans sit deterior incontinentis

NEC te Philocetes incontinentem
nec te Xenephonte mollem & in-
temperantem nomino. Vipera enim te
Philocetes ad eiulatum, natura te Xeno-
phonte ad cachinnum impulit. Scio e-
quidem hominem saxum non esse, sèpè
tormentis, sèpè delitijs posse promoueri
Scio: verum si omni voluptati cedas in-
continens: si omnem dolorem fugias,
mollis & delicatus eris. Est. n. inconti-
nens qui omni cupiditate capit: est
mollis qui leuissimo dolore vincitur.
Quero à te, nitide molliisque homuncis
cur uestem trahis? cur pallium perdis? est-
ne nimis molestum tibi te uestem indu-
re, estne molestum pallium dilapsum tol-
lere? stertis in lucem ne frigus capiat: nō
prodis foras ne aspis mordeat: voculam
non edis ne clamor noceat: O dulcis

Kk 2 vita

Continens
& patiens
quid.

Intemperans
sit ne deter-
ior incon-
tinente.

vita, si hoc ess laborare: exutienda est profecto ista plusquam effeminata mollicies: quæ iuuenilem caniciem in mediis delitijs parit: quæ non solum Persarum regibus, quos describit philosophus, sed etiam musarum alumnis perniciem ista ætate adfert. His duobus nempe molli & incōtinenti cōtinens patiensq; opponitur. Ille est, qui vincit & moderatur illecebras? hic, qui doloris tædas sentiēs non sentit: id est, constanti animo perferens omnia in virtutis usum actumq; conuertit. Temperantem & intemperantem in tertio libro definit philosophus, hīcigitur iterum non definio. Sequitur nunc comparatio inter intemperantem & incontinentem, uter istorum sit deterior? In secundo capite huius libri incōtinentem peiorem conclusit, hīc verò alio respectu intemperantem deteriorem putat: illic ut quibusdam placet arguit philosophus contra rei veritatem hic verò suam confirmat sententiam. Si comparationis rationes quæras, distinctionem subsequentem diligenter perpende.

Diffl-

Difinitio.

Intemperās cōsideratur vel respectu	Affectus , & sic non est dēterior incōti- nente , ob illas rationes , quas antea ex Arist. recitauimus .
	Habitus , & sic est dē- terior inconti- nente , quia .

Intemperantia	Intemperantia est ha- bitus incōtinetia ve- rō est affectus .
	Intēperantia est sempe- voluntaria , at incon- tinentia sāpe inuita .

Opp.	Intēperantia cōiungi- tur cū malitia & im- pēnitētia , incōtinen- tia autem non item .

Opp.

Nullum vicium est incurabile , ergo nō recte in tex-
tu dicitur , quod intemperantia sit malum incurabile :

Resp.

Incurabile dicitur , quia difficillimē curatur , & ex-
tinguitur .

Opp.

Incontinentia est vicium , ergo est habitus : quo cōcef-
so , illud discribē ex parte habitus nō recte assignatur .

Resp.

Est viciōsum sed non morale vicium , est perniciōsus
affectus sed non habitus . ut docet Arist .

Vtrūm continentia magis quam con- Dub.
stantia sit expectanda ?

Kk 3 Opp.

Opp.

*Constantia perficit virtutem, ut est in secundo libr.
st hic ergo magis est expetenda.*

Resp.

*Constantia illic pro perseverantia, hic vero pro patri
entia sumitur, que quidem non est magis expetenda,
quis illustrius est vincere voluptatem, quod ad continen-
tiam: quam ferre & obfistere, quod ad constantiam
pertinet.*

CAP. VIII.

*An intemperantia hydropi, incontinentia
morbo comitiali recte affimu-
letur?*

*An incontinentes temerarij sint minus
mali quam infirmi?*

Intemperans
incontinentie
deterior

IDEM in vestibulo huius capitil agit philosophus, quod in fine postremo e-
git: probat enim intemperantem esse
deteriorem incontinentem. Nam illum
facti non poenitet, hunc recordatio
sui sceleris commissi vulnerat; illum
quasi aqua intercute & tabe laborate,
hunc quasi comitiali morbo afflisci-
docet. Nam ut hydropeci tabificique
sem-